ARISTOTELIS ETHICORVM AD Eudemum

LIBER PRIMVS.

Latina verſio, edita pridem Baſileæ à docto quodam viro, tacito nomine ſuo: quam malè quidam Aretino tribuunt.

CAPVT I.

QVi numinis ſententiam in Delo ediſſerit, veſtibulo templi inſcripſit, diſtinguens ea quę ſimul in eodem haud reperiuntur, bonum, honeſtum, & iucundum his verſibus,

Pulcherrimum eſt, quod iuſtiſſimum: optima res ſanitas:
Præ omnibus verò iucundum, quod quiſque amat id conſequi.

Quod nos nequaquam conceſſerimus. Felicitas enim, cùm optima ſit, & pulcherrima, eadem etiam iucundiſſima exiſtit. Cęterùm inter conſiderationes varias, quæ in vnaquaque re, naturáque excutienda negotium faciunt, & contemplatione egent, aliæ ad cognoſcendum tantùm pertinent, aliæ verò ad acquiſitionem, & negotia ſpectant. Quam ob rem, quæ in ſola contemplatione poſita ſunt, opportuno tempore (id quod methodi proprium munus eſt) à nobis pertractabuntur. Antè omnia verò conſiderandum, in quonam vita beata conſiſtat, & quo pacto ad eā perueniatur. Vtrum quemadmodum homines parui, magni, & colore differentes, ſic quibus nomen beatorum contingit, natura fiant: an per diſciplinam, velut certam eò deſtinatam ſcientiam: an per exercitationem. Haud enim pauca, neque natura, nec arte aliqua, ſed conſuetudine ſola parantur, vt mala malis bona bonis. An nullo quidem horum modorum, ſed duorum altero, aut Dei alicuius adflatu, quod fanatico furore correptis, aut numine inſtinctis accidit, aut fortuna. Plurimi enim felicitatem idem quod ſecundam fortunam eſſe arbitrantur. Patet igitur, beatitudinem euenire vel per hæc omnia, vel quædam, vel vnum aliquid. Nam ad hæc principia referuntur omnes rerum generationes. Ac ab intelligentia profectæ actiones ad eas, quæ à ſcientia fluūt, trāsferri queāt. Porrò benè, beatéque viuere, in tribus maximè rebus cōſiſtit, iis nempe, quæ potiſſimū expetuntur. Nā prudentiā alij, alij virtutem, alij verò voluptatem vt ſummum

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ἠθικῶν Εὐδημίων τὸ Α.

Κεφάλαιον α.

Ο Μὲν ἐν Δήλῳ, παρὰ τῷ θεῷ τὴν
αὑτοῦ γνώμην ἀποφηνάμενος,
συνέγραψεν ἐπὶ τὸ προπύλαιον
τοῦ Λητῴου, διελὼν οὐχ ὑπάρχοντα πάντα
B τῷ αὐτῷ, τό, τε ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ
ἡδὺ, ποιήσας, Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷ-
στον δ' ὑγιαίνειν· Πάντων δ' ἥδιστον, οὗ τις
ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν. ἡμεῖς δ' αὐτῷ μὴ συγχω-
ρῶμεν. ἡ γὰρ εὐδαιμονία κάλλιστον καὶ ἄρι-
στον ἁπάντων οὖσα, ἥδιστόν ἐστι. πολλῶν δ'
ὄντων θεωρημάτων ἃ περὶ ἕκαστον πρᾶγμα,
καὶ περὶ ἑκάστην φύσιν ἀπορίαν ἔχει, καὶ δεῖ-
ται σκέψεως, τὰ μὲν αὐτῶν συντείνει πρὸς
C τὸ γνῶναι μόνον, τὰ δὲ καὶ περὶ τὰς κτήσεις,
καὶ περὶ τὰς πράξεις τοῦ πράγματος. ὅσα
μὲν οὖν ἔχει φιλοσοφίαν μόνον θεωρητικὴν,
λεκτέον, κατὰ τὸν ἐπιβάλλοντα καιρὸν. ὅ, τι περ
οἰκεῖον ἦν τῇ μεθόδῳ. πρῶτον δὲ σκεπτέον
ἐν τίνι τὸ εὖ ζῆν, καὶ πῶς κτητὸν, πότερον φύ-
σει γίνονται πάντες εὐδαίμονες οἱ τυγχά-
νοντες ταύτης τῆς προσηγορίας, ὥσπερ με-
D γάλοι καὶ μικροὶ καὶ τὴν χροιὰν διαφέρον-
τες· ἢ διὰ μαθήσεως, ὡς οὔσης ἐπιστήμης τι-
νὸς τῆς εὐδαιμονίας· ἢ διά τινος ἀσκήσεως.
πολλὰ γὰρ οὔτε κατὰ φύσιν, οὔτε μαθοῦσι,
ἀλλ' ἐθισθεῖσιν ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις·
φαῦλα μὲν τοῖς φαύλοις ἐθισθεῖσι, χρηστὰ δὲ
τοῖς χρηστοῖς. ἢ τούτων μὲν κατ' οὐδένα τῶν
τρόπων, δυοῖν δὲ θάτερον, ἤτοι καθάπερ οἱ
E νυμφόληπτοι καὶ θεόληπτοι τῶν ἀνθρώπων,
ἐπιπνοίᾳ δαιμονίου τινὸς ὥσπερ ἐνθουσιά-
ζοντες; ἢ διὰ τύχην. πολλοὶ γὰρ ταὐτό φα-
σιν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τὴν εὐτυχίαν. ὅτι
μὲν οὖν ἡ παρουσία διὰ τούτων, ἁπάντων, ἢ
τινῶν, ἢ τινος, ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ
ἄδηλον. ἅπασαι γὰρ αἱ γενέσεις σχεδὸν πί-
πτουσιν εἰς ταύτας τὰς ἀρχάς· καὶ γὰρ ἀπὸ
F τῆς διανοίας ἁπάσας πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς ἐπι-
στήμης ἄν τις συναγάγῃ, πράξεις. τὸ δ' εὐ-
δαιμονεῖν, καὶ τὸ ζῆν μακαρίως καὶ καλῶς,
εἴη ἂν ἐν τρισὶ μάλιστα, τοῖς εἶναι δοκοῦσιν αἱ-
ρετωτάτοις. οἱ μὲν γὰρ τὴν φρόνησιν μέγιστον
εἶναι φασὶν ἀγαθὸν, οἱ δὲ τὴν ἀρετὴν, οἱ δὲ τὴν ἡδονήν. καὶ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ἔνιοι

πρὸς